mulierũ. Sic mater vnicum amat filiũ ſuũ:
ita ego te diligebã. Quomodo ceciderũt
robuſti: et perierunt arma bellica. II
Igitur poſt hec ↄſuluit dauid dñm dicens.
Num aſcendã in vnam de ciuitatibꝫ iuda?
Et ait dñs ad eũ. Aſcende. Dixitqꝫ dauid.
Quo aſcẽdã? Et reſpõdit ei. In hebrõ. Aſcẽ-
dit ergo dauid ⁊ due vxores eius achino-
em ieſrlites ⁊ abigail vxor nabal carmeli:
ſꝫ ⁊ viros q̃ erãt cũ eo duxit dauid ſinglos
cũ domo ſua: ⁊ manſerũt in opidis hebron.
Veneruntqꝫ viri iuda ⁊ vnxerũt ibi dauid:
vt regnaret ſuper domũ iuda. Et nuntiatũ
eſt dauid: ꝙ viri iabes galaad ſepeliſſent
ſaul. Miſit ergo dauid nuntios ad viros
iabes galaad: dixitqꝫ ad eos. Benedicti
vos a dño qui feciſtis miſc̃diam hanc cũ
dño veſtro ſaul: ⁊ ſepeliſtis eũ. Et nũc retri-
buet vobis quidẽ dñs miſc̃diam ⁊ verita-
tẽ: et ego reddã grãm eo ꝙ feciſtis verbũ
iſtud. Confortentur manus vr̃e: ⁊ eſtote fi-
lij fortitudinis. Licet enim mortuus ſit dñs
vr̃ ſaul: tamen me vnxit dñs iuda in regẽ
ſibi. Abner aũt filius ner principis exerci-
tus ſaul tulit hiſboſet filiũ ſaul et circũduxit
eũ p caſtra: regemqꝫ ↄſtituit ſuper galaad
et ſup ieſſuri ⁊ ſuper ieſrahel et ſup effraim.
et ſup beniamin ⁊ ſup iſrl' vniũſũ. Quadragi-
ta ãnorũ erat hiſboſet filius ſaul cũ regnare
cepiſſꝫ ſup iſrahel: ⁊ duobꝫ annis regnauit.
Sola aũt domus iuda ſeqbatur dauid. Et
fuit numerus dierũ quos ↄmoratus eſt da-
uid imperans in hebron ſup domũ iuda: ſe-
ptẽ annorũ ⁊ ſex menſiũ. Egreſſuſqꝫ ẽ ab-
ner filius ner ⁊ pueri hiſboſeth filij ſaul de
caſtris in gabaõ: porro ioab filius ſaruie
et pueri dauid egreſſi ſunt. ⁊ occurrerũt
eis iuxta piſcinã gabaon. Et cũ in vnũ cõue-
niſſent: e regione ſederũt hij in vna parte
piſcine: ⁊ illi ex alterã. Dixitqꝫ abner ad io-
ab. Surgant pueri: et ludant coram nobis.
Et rñdit ioab. Surgãt. Surrexerunt ergo
et tranſierunt numero duodecim de beniamin
ex parte hiſboſeth filij ſaul: ⁊ duodecim de
pueris dauid. Apprehenſoqꝫ vnuſquiſqꝫ ca-
pite ↄparis ſui defixit gladiũ in latus ↄtra-
rij: et ceciderũt ſimul. Vocatũqꝫ eſt nomẽ
loci illius. ager robuſtorũ in gabaon. Et
ortũ ẽ bellũ durũ ſatis in die illa: fugatuſqꝫ
eſt abner et viri iſrl' a pueris dauid. Erant
aũt ibi tres filij ſaruie: ioab et abiſai et aſa-
hel. Porro aſahel curſor velociſſimus fuit:
quaſi vnus de capreis que morantur in ſiluis.
Perſequebatur aũt aſahel abner: ⁊ nõ decli-
nauit ad dexterã ſiue ad ſiniſtrã. omittens
perſequi abner. Reſpexit itaqꝫ abner poſt
tergũ ſuũ ⁊ ait. Tu ne es aſahel? Qui rñdit.
Ego ſũ. Dixitqꝫ ei abner. Vade ad dexte-
ram ſiue ad ſiniſtrã ⁊ apprehende vnũ de ado-
leſcentibꝫ: et tolle tibi ſpolia eius. Noluit
autẽ aſahel omittere: quin vrgeret eũ. Rur-
ſumqꝫ locutus eſt abner ad aſahel. Recede
et noli me ſequi: ne forte ↄpellar cõfodere
te in terrã: ⁊ leuare non potero faciẽ meã
ad ioab fratrẽ tuũ. Qui audire cõtempſit:
et noluit declinare. Percuſſit ergo eũ abner
auerſa haſta in inguine et tranſfodit: et mor-
tuus eſt in eodem loco. Omneſqꝫ qui tran-
ſibant p locũ illũ in quo ceciderat aſahel et
mortuus erat ſubſiſtebant. Perſequentibus
aũt ioab et abiſai fugientẽ abner: ſol occu-
buit. Et venerũt vſqꝫ ad collem aque du-
ctus: qui ẽ ex aduerſo vallis ⁊ itineris deſer-
ti in gabaon. Cõgregatiqꝫ ſũt filij beniamin
ad abner: et ↄglobati in vnũ cuneũ. ſteterũt
in ſummitate tumuli vnius. Et exclamauit
abner ad ioab: ⁊ ait. Num vſqꝫ ad interne-
tionẽ tuus mucro deſeuiet? An ignoras ꝙ
periculoſa ſit deſperatio? Vſquequo nõ dicis
ꝑplo vt omittat pſequi fratres ſuos? Et ait
ioab. Viuit dñs: ſi locutus fuiſſes mane:
receſſiſſꝫ ꝑplus pſequẽs fratrẽ ſuũ. Inſonuit
ergo ioab bucina ⁊ ſtetit oĩs exercitus: nec
pſecuti ſũt vltra iſrahel: neqꝫ iniere certamẽ.
Abner aũt ⁊ viri eius abierũt p cãpeſtria
moab tota nocte illa ⁊ trãſierũt iordanen:
et luſtrata oĩ bethoron venerũt ad caſtra.
Porro ioab reuerſus omiſſo abner cõgrega-
uit oẽs ꝑplm: ⁊ defuerũt de pueris dauid. de-
cẽ et nouẽ viri excepto aſahele. Serui aũt
dauid pcuſſerũt de beniamin ⁊ de viris qui
erãt cũ abner. trecentos ſexaginta: q̃ ⁊ mor-
tui ſunt. Tuleruntqꝫ aſahel: et ſepelierũt eũ
in ſepulcro pris ſui in bethleem. Et ambula-
uerũt tota nocte ioab ⁊ viri qui erant cum
eo: et in ipo crepuſculo puenerũt in hebron.

License: public_domain – Utopia, armarium codicum bibliophilorum, Bib.PL.2011.01.08, verso – Biblia [Latin]
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-juz0/10104/73117)